



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Vincentii Brvni, Societatis Iesv, Meditationes, De
Præcipvis Mysteriis Vitæ & Passionis D. N. Iesv Christi**

Cum Veteris Testamenti Figuris, & Prophetijs, varijsque Documentis ex
quoque Euangelio depromptis, Nunc ex Italico in Latinum translata

Meditationes, De Vita Et Passione D. N. Iesv Christi

Bruno, Vincenzo

Coloniae Agr., 1599

VD16 ZV 2606

XVIII. De cæna in domo Simonis leprosi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59846](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59846)

DE CÆNA
CHRISTI IN DO
MO SIMONIS LE
PROSI.

MEDITATIO XVIII.

EVANGELIVM.

IESVS ante sex dies Paschæ venit
Bethaniam, & fecerunt ei cenam
ibi in domo Simonis Leprosi. Mar-
tha autem ministrabat, & Lazarus
vnus erat ex discumbentibus cum
eo. Cum ergo recumberet IESVS
accessit ad eum Maria habens alaba-
strum vnguenti nardi pistici pretiosi,
& unxit pedes Iesu, & capillibus
suis extersit, & fracto alabastro, effudit
super caput ipsius recubentem
& domus impleta est odore vnguenti.
Videntes autem discipuli quidam
indignè ferentes intra semetipsos
dice-

diceb
guent
am.
eius
tradi
non v
tum e
ait ill
estis h
num
nim p
cum v
cere,

D
do

A
v
diebu
ster v
seipul
magn
fuerat
grega
ferret

dicebant. Ut quid perditio ista un-
guenti facta est? Et fremebant in e-
am. Dixit ergo vnus ex discipulis
eius Iudas Iscariotes, qui erat eum
traditurus. Quare hoc unguentum
non vnijs trecentis denarijs, & da-
tum est egenis? Sciens autem Iesus
ait illis. Sinite eam, quid molesti
estis huic mulieri? Opus enim bo-
num operata est in me. Semper e-
nim pauperes habetis vobiscum &
cum volueritis, potestis illis benefa-
cere, me autem non semper habetis.

PROPHETIA.

*DM esset rex in accubitu suo, nardus mea Cant. 8.
dedit odorem suauitatis.*

CONSIDERATIONES.

APPROPINQUANTE iã fine
vitæ, sex ante sacram passionem *Punct. 1.*
diebus, CHRISTVS Dominus no-
ster venit Bethaniam ad reuiscendos di-
scipulos & amicos, à quibus crebrius
magna charitate in suis necessitatibus
fuerat exceptus, vt omnibus simul con-
gregatis in hac breui cæna aliquam af-
ferret consolationem: cum paucis post
Y diebus

diebus illis daturus esset causam sum-
 mae tristitiae & mæroris. Brevis quæ-
 dem consolatio, sed magna, tum
 CHRISTO, tum cæteris omnibus
 Magno solatio erat CHRISTO cæ-
 nare in cætu suorum dilectorum,
 quibus sciebat se maximo amore, non
 in domum solùm, sed etiam in cor
 receptum, secundum illud. *Sto ad offi-
 um & pulso, si quis mihi aperuerit, intrabo
 ad illum, & cenabo cum illo.* Iam sanctæ
 illæ animæ aperuerant cor suum Do-
 mino, & iam idem Dominus cenabat
 cum illis. Consolabatur quoque Do-
 minus, quod in istis suis caris amicis
 inciperet degustare duræ crucis suæ
 fructus, quam pro eorum salute paulo
 post erat deportaturus. Fructus hi diu-
 no eius ori longe dulciores suauiores
 que fuerunt quam fuerit ori primi pe-
 rentis nostri fructus arboris vetitæ. Ex
 alia parte magnam quoque consola-
 tionem afferebat alijs omnibus, quibus
 buscum Dominus cenare dignabatur:
 nam cum omnes hi singularibus
 varijsque beneficijs receptis vehemen-
 ter essent CHRISTO obstræti, exulta-
 bant prorsus posse se hac occasione
 signum saltem grati animi declarare.
 Simon enim, a quo præcipue erat in-
 vita-

Apo. 3.

Gen. 3.

*Ioan. 4.
Luc. 7.*

uitatus, beneficio CHRISTI mun-
datus fuerat à lepra. Lazaro verò eius-
dem dono restituta erat vita Magda-
lenæ multa peccata condonarat. Mar-
thæ priuilegium hoc peculiare conces-
serat, vt se hospitio exciperet, præter a-
lia multa dona spiritualia, quæ omni-
bus communicarat, quæque vnusquis-
que illorum magis in anima sua sen-
tiebat, quam ab alijs foris animaduer-
ti posset. Itaque magnam causam ha-
buerunt reputandi se foelices, quod
tantum benefactorem in ædes suas ex-
cipere potuerint, illi seruire & mini-
strare, illum manibus suis, suoque ci-
bo & potu alere & sustentare. VE-
RVM sola consolatio Magdalenæ
longe alias excessit, sicut & eius in
CHRITVM amor excessit alio-
rum amores; vnde & ipse Dominus
commoditatem ei obtulit suos sacros
pedes & caput, pretioso vnguento vn-
gendi; volens ea re eius ardenti de fide-
rio facere satis, quando quidem sciebat
id post mortem suam ab ea non posse
præstari, vt nēpe inungeret corpus suū
post sepulturam. Deniq; cæna hæc non
caruit omni mysterio; quid enim hac
cæna cum discipulis suis, quos iam an-
te dignatus erat sua gratia, aliud signi-
ficare

VITA
usam sum-
Breuis qui-
gna, tum
s omnibus
STO ca-
torum,
more, non
am in co-
Sto ad offi-
it, intrabo
am sanctæ
suum Do-
is cænatu-
uoque Do-
aris amice
erucis sua
lute pauli-
us hi dicit
suauitate
primi po-
retitæ. Ex
e conside-
ibus, qui-
dignabatur
gularibus
ebemer-
titi, exul-
ecatione
eclarare
erat in-
uita-



98 **MEDITAT. DE VITA**

ficare voluit, quam fœlicem illam cenam gloriæ æternæ, in qua afflicti beatæ mensæ aliquando cœnatura-
rat cum illis, & illi cum ipso?

2. **CONSIDERA** quis sensu quæ affectio animi fuerit in hoc beatorum Domini hospite, huius conuiuii gaudio, quanta consolatione fuerit profusus, quam beatū se prædicarit, quod **I E S V S** dignatus fuerit in domum suam venire, & mensæ suæ accumbere. Sciebat enim eum esse hominem electum & Dei Prophetam. O Simon, quoniam sciuisses, quisnam ille fuisset, non apparasti cœnam: non enim ut habitabaris, erat homo purus, aut simplex Propheta, sed simul erat creatura Deus tuus. Erat sanctus sanctorum, magnus Propheta in lege promissorum, qui ab initio mundi per ora omnium Prophetarum erat locutus, & de quo omnes Prophetæ erant vaticinati. Iam si tu eum esse agnouisses, non potuisses te prædicare beatum, & exultari animi sensu dicere. An non tu es ille, qui admirabili prouidentia per uolucres cæli: an illi mensam præparasti, qui in hac terra splendidi-
sam explicuit, qua aluntur omnes creaturæ?

Dan. 3.

Matt. 6.

Psal. 101.

aturæ
manu
dictio
stris
cant
bus d
quia
Possib
famul
tu, qui
pluisti
pono
gnatu
niæ sp
Creat
quam
num,
bere,
magn
dalen
3. C
mode
ciden
dens;
træ
mend
anima
Qui
sentes

atura, qui liberalissimam aperiendo
manum, implet omne animal bene-
dictione? Potestne fieri vt cibis no- *Psal. 146.*
stris egeat ille, quem è suis nidis inuo-
cant pulli coruorum proprijs parenti-
bus destituti: & non frustra inuocant,
quia audit illos de cælo & sustentat?
Possibile est, vt à me indignissimo
famulo tuo cibum terrenum accipias
tu, qui populo tuo quadraginta annis *Exod. 6.*
pluisti manna de cælo? Ecce ego pro-
pono tibi alimenta corporalia, at tu di-
gnatus est mihi proponere cibum gra-
tiæ spiritualis. Tantam ô Simon tui
Creatoris notitiam si habuisses, neuti-
quam vel ausus fuisses inuitare domi-
num, vel mensæ vna cum illo accum-
bere, sed vel cum Martha reuerentia
magna illi ministrasses, vel cum Mag-
dalena ad pedes eius te abiecisses.

3. CONSIDERA deinde, quo-
modo affectus esse debuerit Lazarus
eidem mensæ cum CHRISTO assi-
dens; qui tunc oculis proprijs intueba-
tur æternum iudicem, ante cuius tre-
mendum tribunal paucis ante diebus
anima eius corpore exuta constiterat.
Qui cernebat magnum Deum præ-
sentem, in cuius conspectu inclinan-

tur columnæ cæli, & inferni portæ
 tremiscunt: ac cernebatur
 eundem eundem specie humana huma-
 tum, comedentem, & familiariter con-
 uersantem cum hominibus. Ob
 Lazare, quam varias dissimulatio-
 nes & affectiones de CHRISTO
 tunc habueris, ab illis quas prius, ante
 mortem tuam habueras. Nam forte per
 non aliud eum existimasti esse, quàm
 rum hominem, licet sanctum & magnum
 Prophetam: sed nunc agnouisti & re-
 uerentis es eum velut Creatorem & Do-
 um tuum. Legimus de Lazaro, quod
 postquam ad vitam à CHRISTO
 uocatus est, nunquam risisse, nec
 titiæ signa dedisse. Nec mirum, quod
 quod timeret horribile iudicium Dei
 vel alterius vitæ supplicia, quæ con-
 xerat; eum enim tantus sponsi amicus
 esset, nullam timendi causam habebat.
 Multo verò minus dici potest eum
 timuisse mortem secundam; imo
 risimile est illum speciali gaudio
 etum fuisse, & quod prolongare vitam
 posset, & quod denuo moriturus
 ut videlicet maiori studio & pietate
 posset illi seruire, atque etiam magis
 non semel, sed millies, si opus esset
 propter, CHRISTVM, cui seruire
 seta

se tantopere obstrictum. Illud ergo probabilius est, causam huius abstinentiæ à risu, & recollecti animi, fuisse continuum quendam excessum mentis occupatæ in consideratione inexplicabilis illius amoris filij Dei erga hominem, quod è tanta sublimitate & maiestate, in tantam vilitatem & submissionem se propter hominis vnius salutem demiserit. Similiter in consideratione tantæ cæcitaris & ingratitude hominum in DEVM, neque agnoscentium, neque æstimantium huius ineffabilis beneficij magnitudinem pro eo atq; merito deberent.

4. CONSIDERA quid dug illæ ardentes discipulæ, Martha & Magdalena, fecerint. Quid enim aliud putamus fecisse Martham, quam quod alias fecit, nimirum sollicitam fuisse in ministerio omni Domino deferendo? Vnde & Euangelium disertè commemorat, dum cæna in domo Simonis CHRISTO instruetur, Martham ministrasse. Existimo omnino Dominum huic suę ancillę magnum aliquẽ sensum & gustũ spirituale in hoc eius seruitio communicasse, eo quod non solum in domo propria, sed etiam aliena tam libenter officia sua detulerit.

Ac verè ingens gratia fuit, & privilegium singulare, manibus mortalibus posse seruire illi Domino, cui in cælis uti scriptum est, seruiunt & assistunt mille millia angelorum. Vnde si beati fuerunt oculi, qui eum viderunt, ipse dicit: beatæ quoque fuerunt manus quæ meruerunt eum attingere &

Mat. 7.

Mat. 13.

ei ministrare. O quot optarent se tempore vixisse in Iudæa, ut potuissent CHRISTVM in domum suam suscipere & mensæ suæ adhibere, ut fecit Simon, & cum Martha ministrare. At quot erunt in tremendo iudicio, quibus Dominus dicit:

Mat. 25.

*Esurivi & non dedistis mihi manducare. Sitivi, & non dedistis mihi potum. Nolui eram, & non collegistis me. Si verò respondere, se nunquam ipsum in terra vidisse; & idè hæc officia charitatis illi præstare non potuisse, respicietur illis: *Quandiu vni ex minimis meis non fecistis, nec mihi fecistis.* Continenter habemus ante oculos CHRISTVM, quotidie trāsit per plateas, pulsat ad ostia nostra, precibusque aures ferit, sed nos nec dignamur quidem eum respicere. Recessit quidem Dominus nobis secundum præsentiam corporalem & visibilem, sed ne destrueret*

Mat. 25.

illis: *Quandiu vni ex minimis meis non fecistis, nec mihi fecistis.* Continenter habemus ante oculos CHRISTVM, quotidie trāsit per plateas, pulsat ad ostia nostra, precibusque aures ferit, sed nos nec dignamur quidem eum respicere. Recessit quidem Dominus nobis secundum præsentiam corporalem & visibilem, sed ne destrueret

mur merito illorum Sanctorum, qui
 eo tempore quo in hoc mundo versa-
 batur, cum sustentabant, illique ser-
 uiebant, voluit nobiscum remanere
 in membris suis, qui speciatim sunt
 pauperes: sibi enim factum reputat,
 quod fecerimus illis. En ergo possu-
 mus, si volumus, non minori merito
 quam Martha ministrare Domino, ei-
 que in necessitate subuenire. VERVM
 Domine mi magnum non est, si vel o-
 mnes homines se dedant seruituti tuæ
 diuinæ Maiestatis, cum tot nominibus
 sint tibi obligati: sed id verè admira-
 bile & magnum est, nulloque inge-
 nio humano comprehendi potest, te
 orbis totius conditorem ita voluisse de-
 mittere, vt volueris fieri seruus omni-
 um tuarum creaturarum, non solum
 Angelos, cælos, aliasque res omnes,
 sed etiam propriam personam ac vi-
 tam propriam impendendo in mini-
 sterium & salutem hominum, quod *Matt. 20.*
 illis verbis expressisti. *Non veni mini-* *Luc. 22.*
strari, sed ministrare, & dare animam meam
in redemptionem pro multis. Et in alio lo-
 co. *Ecce ego in medio vestrum sum, sicut qui* *Ioan. 13.*
ministrat. Quod re ipsa saepe demonstra-
 sti, vsque ad lotionem pedum discipu-
 lorum tuorum: Verum non hic termi-

Luc. 2.

nata est tua caritas: nam promittis etiam in regno caelesti velle ministrare amicis tuis, dicens, quod praecipuum linteo facies illos discumbere, & ministrabis. O anima mea quam magnam pudefendi causam habes de tepiditate & negligentia in seruitio mini tam humilis & amabilis: cum manifestè videas & experiaris quod verè illum plus seruire tibi, quam tu seruias.

5. CONSIDERA praeterea officium quo se exercebat Magdalenae quod tanto erat sublimius & excellentius, quanto amor eius erga CHRISTVM longius excedebat aliorum morem. Alij colebant & venerabantur CHRISTVM tanquam hominem, at illa venerabatur vt DEVM. Alij sustentabant CHRISTVM in rebus externis; at illa sustentabat in affectu cordis. Neque enim aliud erat alabastrum illud suavis & odoriferum vnguenti, quam ipsum Magdalenae cor amore diuino, suauissimoque eius suum redemptorem charitate plenum. Ingitur ergo Maria ad pascendum corpus, non cum edulis maternis sed ad pascendum corpus, sed cum patris solo vase, cui inclusum erat cor eius.

pascendā animā sanctissimam sui Do-
 mini; deinde prostrata ad sacros eius
 pedes utpote memor tot beneficiorū &
 charismatum spiritaliū, quæ iuxta il-
 los receperat, primo, (vti verisimile est,
 & mos Iudæorū apud peregrinos ob-
 tinuerat,) aqua lauit illos, deinde, ad mi-
 tigandā fatigationem, unguēto unxit.
 Nō legitur hac vice lauisse, vt alias, la-
 crymis: dolor enim quam alias, vt pec-
 catrix, habuerat de peccatis, iam cōuer-
 sus erat in amorem: & ignis caritatis,
 quo illa ardebat, excluso omni timore,
 fontē lachrymarū exsiccarat. O quan-
 tum recreatus & delectatus fuerit Do-
 minus hoc pio & humili Magdalenæ
 officio: nec dubiū est, quo illa amplius
 euacuabat vas suū ad effundēdum un-
 guentum in Christi pedes, tanto plus
 eius pectus diuina gratia fuisse repleti,
 & in amore Dei confirmatum & stabili-
 tum. Id inde liquet, quod iam quasi
 secura reddita de mutuo sponsi sui
 amore, sancta quadam confidentia
 erigens se ausa est ab vnctione pe-
 dum, ad vnctionem capitis procedere:
 quæque, dum erat peccatrix, caput
 suum subiecerat pedibus Saluatoris,
 nunc ab eo iustificata, non veretur
 manum suam imponere diuino ca-
 piti,

piti, & effracto vase reliquum vnguentum in illud effundere. Hac autem alibi baftri effractione, quid aliud significare illa voluit, nisi impatientiam amoris in corde suo redondantis & ebullientis? qua minimè ferens moras vas confregit, vt totum simul vnguentum elaberetur. Voluit quoque hactenus declarare magnam sui amoris liberalitatem, quali non contenta effusione vnguenti, voluerit ipsum quoque in inferuitium Dei cedere, & rursus hoc ipso indicare liberalem oblationem, qua non solum ex toto offerret omnem suum amorem CHRISTO, sed etiam ipsum cor suum quo amor tanquam vase continetur. O mulier mirabilis nescio vtrum maius in te fuerit, humilitasne in pœnitentia, an amor, quem postea tot signis & officijs caritatis erga Dominum demonstrasti. Cogit has duas virtutes fuisse illa ybera, que tantoperè placuerunt CHRISTO sponso tuo, quæ dixit suauiora esse vino, & pretiosissimis vnguentis fragrantioribus. Tunc narjus tua o Magdalena (sic bene dixit sponsa) dedit odorem suum, nam tanta virtutis tuæ fragrantia, non solum repleuit domum illam, vt habet Euangeliū, sed per totam Dei Ecclesiam

sparsa est: memoria enim istius tui generosi facti, ab omnibus fidelibus, ut Christus prædixit; in omnibus mundi partibus & hactenus celebrata est, & deinceps celebrabitur.

6. O anima mea, si cupis intelligere, quomodo Dominus velit sibi seruire à te, disce à Magdalena, cuius seruitium suæ diuinæ Maiestati fuit gratissimum. Vide quanta humilitate assistat pedibus IESV, quanto studio & deuotione eos mundet & lauet, quanto amore vngat non tantum pedes, sed etiam sacrū eius caput. Si autem ob extremā tuam paupertatem non poteris habere pretiosa illa aromata, ad conficiendum vnguentum capite Domini dignum: coneris minimum inuenire aliqua aromata viliora ad cōficiendum vnguentum minoris pretij, quo iniugas saltem sacros eius pedes. Primum est vnguentum deuotionis, gratiarum actionis, & diuinarum laudum. Secundum verò est vnguentum contritionis & doloris peccatorum. Aromata prioris, quæ sunt diuina beneficia, nō nascuntur in hac terra nostra, sed ex longinquis regionibus afferuntur, missa à Patre luminum, à quo omnia dona & gratia diuinæ proficiscuntur, quando facit, ut cor

nostrum, ex innumerabilium benefici-
 rum quæ continenter largitur, reco-
 datione, spiritali quodam gaudio in
 uinis laudibus exultet. At aromatis
 sterioris unguenti, quæ sunt nostra
 quitates & imperfectiones abudant
 ra nostra, quare & omni hora habere
 possunt, si enim recolligas te, exam-
 naueris vias tuas & annos male expen-
 sos, multasq; & varias peccatorum spe-
 cies in conscientie mortarium accen-
 laris & contuderis, deinde veroga-
 pænitentie subiecto omnia simul in
 pectoris tui bullire curaueris, parum
 unguentum pedibus Domini gratia
 mum, de quo scriptum est, quod cotri-
 tritum & humiliatum non despiciat
 que donec aditus non datur ad
 virtutem & perfectionem, & velis
 per non habes unde conficias unguen-
 pretiosa, ad minimum diligentiam
 h. beas in hoc præparando; quod licet
 vilibus aromatis confectum sit, tamen
 hoc gratius erit in conspectu Domini
 tui, quo amplius te demittes & hu-
 libis pro tuorum peccatorum recu-
 tione & pænitentia. Et forte Domini
 de quo scriptum est, quod respiciat
 miles, & de stercore erigat pauperem
 misertus tui te nouis donis & gratia

Psal. 50.

Psal. 112.

C
 ditabi
 fiden
 letur n
 uinar
 cum
 caput
 7. D
 guent
 inten
 ferico
 crifici
 târop
 nefice
 digna
 stâ, ex
 gratu
 tium
 lij ver
 côm
 rioro
 murm
 Saluar
 gat &
 co con
 dalena
 rari do
 cos in
 uit in
 rē feru
 rû exh

ditabit, sic ut in maiorem sp̄e erecta cō-
fidenter cum sponsa dicere possis. *Oscu-
letur me osculo oris sui;* & fias digna ad di-
uinarū laudū, gratiarumq; vnguentum
cum intima cordis consolatione supra
caput cælestis sponsi tui effundendum.

7. Discipuli percepta fragrantia vnguenti à Magdalena effusi, alij simplici
intentione, (scientes scriptum esse, Mi-
sericordiam Deo plus placere quam sa-
crificium; & memores Dominū ipsum
tātō opere laudasse eleemosynam & be-
neficentiam in pauperes,) non nihil in-
dignati sunt ob iacturam vnguenti fa-
ctā, existimantes, ne Christo quidem id
gratum esse, atq; ideo potius eius pre-
tium in pauperes fuisse erogandum. A-
lij verò, ut Iudas, magis ex auaritia, &
cōmodi proprii amore, quam ex mise-
ricordia in pauperes, cæperunt palam
murmurare, & detestari factum. Verum
Saluator, de quo scriptum est, quod dili-
gat & custodiat omnes diligētes se, ili-
co contra oēs suscepit patrociniū Mag-
dalena. O quantū honorare & remunc-
rari debet Dominus suos seruos & ami-
cos in cælo, si tā sollicitū se demonstra-
uit in terra, tamq; liberalē remunerato-
rē seruitiorū etiā minimorū sibi p̄stito-
rū exhibuit. Magdalena lausrat pedes
cuius

1. Reg. 4.

Osee 6.

Matt. 14.

Psal. 145.

Luc. 7.

cuius

eiusdem Domini lachrymis, & vnguentum
 vnixerat in domo Pharisei: cumque
 ob causam contemneretur, & videretur
 catrix, indigna iudicaretur quæ Chri-
 stum attingeret, mox ab ipso CHRIS-
 TUS in omnium conuiuiarum præ-
 sentia plurimum fuit à singulis actionibus
 collaudata, & ipsi Phariseo, qui
 CHRISTVM inuitarat, in amara
 prælata. Rursum Martha, cum, excepta
 in domum Domino, quereretur Mag-
 dalenam sororem suam, dum hæret
 suspensa dulcedine verborum CHRIS-
 TUS, otiosam esse, nec auxilium nec
 sarium sibi præbere: Dominus
 ter eius defensionem suscepit, omnia
 que Mariæ omnibus operibus & m-
 sterijs à Martha sibi exhibitis præ-
 ferat. Denique hoc loco, vbi Magdalena
 ut prodiga & imprudens accusatur,
 des quam serio Dominus redarguit
 proprios discipulos, quantisque lau-
 dibus hoc bonum opus sibi factum
 lebrat, simulque addat, eam ob rem
 men eius toto orbe diulgandum
 lebrandum. Vbi considera, quomodo
 his verbis prædicat, quantum post
 eis ignominiam, virtus sua & splendor
 prædicationis Euangelicæ, quod
 videmus perfectè cõpletum, effectum

C
 funder
 & euid
 poner
 & pote
 nim t
 gislato
 moria
 aliquo
 aut pe
 profi,
 num p
 ab om
 guis, v
 post te
 uam m
 potuit
 hoc m
 Saluat
 misit s
 liere p
 ita feue
 gueban
 um no
 ri volu
 ximam
 primos
 locari
 tam bo
 lem, cu
 melius

fundendus. Quis ergo huic tam claræ & euidenti veritati, poterit aliquid opponere, aut inficiari audebit Deitatem & potentiam Saluatoris? Videmus enim tot Regum, Imperatorum, & Legislato- rum mūdi facta illustria aut memoria excidisse, aut in angulo tantum aliquo eorum latere vestigia: mulieris aut peccatricis, in domo hominis leprosi, in quatuordecim tantum hominum præsentia vngentis IESV pedes, ab omnibus populis, nationibus & linguis, vsque ad extremas mundi Insulas post tot sæcula haberi & celebrari viuam memoriam: quod certè fieri non potuit, nisi virtute diuina eius, qui totū hoc multo ante prædixit. O ineffabilis Saluatoris bonitas: qui non modo permisit suos diuinos pedes, caputq; à muliere peccatrice tangi & vngi, sed etiam ita seuerè reprehendit illos qui eam arguebant: ac ob hoc exiguum ministerium non solum eam tantopere honorari voluit in mūdo, verum etiam ad maximam gloriam euehi in cælo, & inter primos cælestis regni sui Senatores collocari. Ergo cum habeamus Dominum tam bonum, tam amabilem & liberalem, cur non currimus certatim, quis melius illi seruire, plus amare & hono-
rare

rare cum possit: Heu mūdus iste impator, & capitalis hostis noster diaboli tot inuenit, qui diligentissime ipsi seruiant, inclinent, & adorēt pro quatuor vita dicam, glandibus, cibo porcorum vilissimo: at tu amor hominum, & tuos amicos cælestibus opibus, honoribus; & gloria immortali locupletas, & vnum inuenis, qui te ex corde amet, & seruire tibi velit.

COLLOQVIUM.

O Rabis *CHRISTVM* Dominum, ut sicut ante passionem suam exiit de Bethaniam, id est, in domum obedientiam, ibique cænare, permittere suum caput, pedesque pretioso vnguento ungerentur: ita tibi concedat, ut quod tuam tantopere delectatur, & quomodo modo se pascit nostra obedientia, possis ipse quoque diuinorum præceptorum obedientia in anima tua illi refectionem spiritualement præparare atque, et exemplo Mariæ cordis tui alabastro confringere, & pretioso caritatis vnguento illius caput, amando eum legem omnia, perfundere, simulque pedes mandando proximum sicut teipsum, & traque charitate legem perfecte adimpleas, bonum odorem totius Ecclesie Dei relinquere valeas.

1. SI
tunc est
quam a
mus, et
tis expa
morian
doleam
illis ob
2. Laz
Christo
fuerit a
stite, n
que inst
nis; su
3. Ma
guento
que ap
pauperi
das res
plus no
etiam v
4. M
fragran
modum
iniuriã
reliquos
ni bonor

DOCUMENTA.

1. SIMON, in cuius domo CHRISTVS
cænanuū vocatus est leprosus, non quod
tunc esset leprosus, sed quia prius fuerat ante-
quam à CHRISTO sanaretur. Vnde disci-
mus, etiamsi gratia Christi ab omnibus pecca-
tis expurgati simus, retinere tamen eorum me-
moriā, & vocare nos semper peccatores, ut
doleamus de illis non secus quam si actu adhuc
illis obnoxij essemus.

2. Lazarus resuscitatus assidebat mensæ cum
Christo: sic peccator, postquam per Christum
fuerit à peccati morte reuocatus ad vitam ius-
titie, mereatur in angelorum suorum aliorum-
que iustorum societate eius mensæ assidere, do-
nisq; sue celestis gratie refici & cibari.

3. Maria unxit caput & pedes Domini un-
guento pretioso. Quo indicatur Deo offerenda
quæ apud nos sunt pretiosissima: & similiter
pauperibus, qui sunt pedes Christi, non esse dā-
das res deteriores & inutiles quæ nobis am-
plius non seruiunt, sed meliores, & quibus nos
etiam vtimur.

4. Maria effuso unguento in Domini caput
fragrantia impleuit totam domum. Quemad-
modum enim peccator fetore prauī exempli
iniuriā facit Christo, & inficit ac scandalizat
reliquos fideles Ecclesie Dei, sit boni Christia-
ni bonorum operum exemplo laudant Deum

34 MEDITAT. DE VITA

et edificant proximum, secundum illud apostoli. CHRISTI bonus odor sumus in omni loco.

2. Cor. 2.

5. Illi exemplo Magdalene unguento precioso unguunt caput CHRISTI, qui omnia opera sua faciunt et dirigunt pure ad honorem et gloriam Dei. Illi vero unguunt CHRISTI pedes, qui insistentes eius vestigijs, sanctam eius vitam imitantur. Illi quoque unguunt caput CHRISTI, qui se in divinis scripturis operibus exercent; pedes vero, qui operum quaedam faciunt in auxilium et utilitatem proximi.

6. Quidam discipuli murmuraverunt contra Magdalenam, quasi temere profudisset unguentum tam nobile. Bona opera semper solent in calumnijs et criminatignibus obnoxia esse, etiam aliquando propter alicuius bonum, quasi ex bono zelo, sed non secundum pietatem, arroduntur: verum non ideo debent timere, aut deterreri a cepto servi Dei, quae pergant facere, quod iudicant ad gloriam Dei et animarum salutem debere fieri: Possunt consolari se Domini sui exemplo, qui saepe crebrius passus est, atque etiam sententia apostoli: non posse nos simul placere Deo, et hominibus: et certe si velimus nisi sermo Dei vel opinionibus hominum, servi Dei non esse.

Gala. 1.

7. Discipuli, cum dicerent sua opinione

VITA

CHRISTI. PARS II. 533

deri sibi melius, si pretium unguenti, quo à Magdalena unctum est caput cum pedib. CHRISTI, datū fuisset pauperibus, ab ipso CHRISTO sunt reprehensi, & factum Magdaleno commendatum. Quanquam alibi sepius laudari misericordiam in pauperes. Unde docemur, sicut reprehensione digni non sunt, qui suas facultates expendunt in pauperes, ita neq; ea dignos esse, sed laude potius, qui eas consumunt in fabricandis ornandisq; Ecclesijs, fundandisq; monasterijs ad ampliorem diuini nominis cultum & gloriam; utrumq; enim opus sanctum & Domino Deo nostro gratum est.

8. Verbis illis, Pauperes semper habebitis vobiscum, CHRISTVS indicare voluit hominibus diuitibus, quāta familiaritate uti debeant cum pauperibus: pauperes enim precipue propter diuites facti sunt, ut hi communicando illis ex superuacaneis opibus necessaria, salutem quoq; aeternam merito beneficentiae consequantur.

DE